

308 ALEXANDER V. & JOANNES XXII. DICTVS XXIII.
ALEXANDER QUINTUS PONT. CCVII.
ANNO DOMINI MCDIX.



Alexander V. Bononiensis, Frater Petrus Philargus
ante vocatus, Presbyter Cardinalis Basilicas SS.
Duodecim Apostolorum, creatus Pisis anno 1409. Co-
ronatus die 9. Julii, eodem anno, sedit menses 10. dies 8.
nullos Cardinales creavit. Obiit Bononiae 5. Nonas
Maii 1410. & sepultus in Ecclesia Fratrum Minorum.
Vacavit sedes dies 24.

JOANNES XXII. DICTVS XXIII. PONT. CCIX.
ANNO DOMINI MCDIX.



John XXII, dictus XXIII. Neapolitanus, Balzafar
Costa ante dictus, Diaconus Cardinalis S. Eustachii,
creatus Bononiae 26. Kalendas, coronatus octauo kal.
Iunii 1410. Vixit annos quinque, dies quindecim. Crea-
vit Cardinales 16. abdicavit pridie kal. Iunii, anno 1415.
postea a Martino V. creatus Episcopus Cardinalis Tus-
culanus, & Sacri Collegii Decanus, 9. kal. Iulii 1419.
Obiit Florentiae 11. kal. Januar. eodem anno, & in Bapti-
sterio S. Ioannis sepulta.

Indictio generalis Concilii Constantiensis pri-
mi, pro dié 1. mense Novembris anni 1414.

JOANNES EPISCOPVS, ^{editio}
Seruus Servorum Dei: *Ad perpetuam rei memoriam.*

D pacem & exaltationem Ecclesiaz, & tranquillitatem Christiani populi, prom-
pto corde, & efficaci desiderio intenden-
tes, ea libenter ordinamus, & querimus,
per qua hujusmodi pax, & exaltatio tran-
quillitatis merito valeat promoveri.

§. 1. Dudum siquidem fel. recordi. Alexander PP. V.
antecessor noster, in sacro Generali Pisano Concilio
tunc præsidens, ex quibusdam magnis & arduis causis
eundem mouentibus, ipso approbante Concilio inter
extera decrevit, iterum generale Concilium ex tunc ad
terminum per se, vel successorem suum, in loco de quo
sibi, vel eidem successori videretur, fore solemniter con-
vocandum. Idemque prædecessor ea, quæ circa refor-
matiōē Ecclesiaz expedienda restabant, pro tunc suspen-
dit, ipsumque Concilium usque ad tempus triennii præ-
statum continuandum statuit, & prorogavit.

§. 2. Postmodum verò ipso Alexandro prædecessore
nistro, sicut Deo placuit, vita fune, nobisque diuina fu-
ente elementia ad apicē summi Apostolatus assumptis,
dum tempus ejusdem triennii iam aduenierat, & nos per
vestigia eiusdem prædecessoris incedentes, & ordinationem
præfataam ab eo in Concilio, ut præfatur, factam puro
corde, & recta voluntate adimplere properaremus, qui-
busdam rationibus tunc expressis, animum nostrum mo-
ventibus Concilium huiusmodi in Romana Urbe (quæ
paulo ante de manib[us] hostiū recuperata, præsentiam
nostram pro ipsius conservatione plurimum flagitabat)
debito tempore contuocavimus.

§. 3. Verum quia veniente postea tempore constituto
Pratali, & ceteri qui huiusmodi Cōcilio interesse debe-
bant, nequaquam in tanto numero convenerunt, quan-
tum rerum agendarum pondus & magnitudo requirere
videbatur, nos post alias prorogationes per nos factas,
tandem Concilium ipsum ad mensem Nouembris nunc
præsentem, solemniter prorogavimus, ac celebrandum
statuimus. Locum autem reliquimus infra certum tem-
pus declarandum, ut interim super eo maturius con-
suleremus.

§. 4. Post hæc verò infra dictum teropus nondum elap-
sum, per literas charissimi in Christo filii nostri Sigif-
mundi electi in Regem Romanorum, & Hungariæ Re-
gis Illustris, instantissime requisiti, ut non propteraremus
in declaratione huiusmodi loci pro Concilio faciendo,
sed tam in declaratione loci prædicti, quam etiam in tem-
pore dicti Concilii celebrandi supersedere vellermus, do-
nec ipsi Nuntios suos super hoc instructos ad nostram
præsentiam destinarent.

§. 5. Nos votis eiusdem Regis, quæ ex zelo deuotio-
nis, & puritate fidei emanare compiciebanus, annuen-
tes, aduentum prælatorum Nuntiorum de venerabilium
fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, & Prelatorum,
qui Romæ in generali consistorio ad hoc vocati fuerunt
voluntate, consilio, & assensu duximus expeſandum.
Deinde cum post Romanae Vrbis miserabilem casum ad
nos tutę apud Floremian existentes eiusdem Regis
Nuntii accessissent, & ex parte eiusdem Regis multa no-
bis tunc materiam suggestissent, eorum auditis relati-
bus, pro pleniori expeditione delitos filios nostros An-
tonium tit. S. Cecilia Presbyterum, & Franciscum tit. SS.
Cosmum & Damiani Diaconum, S.R.E. Cardinales cum
pleme potestate super huiusmodi electione loci, & depu-
tatione temporis, ac simul cum eis efflectum alium no-
strum nobilem virum Manuelem Chrysoloram, Militem
Constantinopolitanum, ad præsentiam eiusdem Regis
transmisimus: qui ad eum venientes tandem de ipsius
Regis consilio, & assensu Civitatem Constantien. pro-
vinciæ Moguntinen. pro loco huiusmodi Concilii cele-
brandi concorditer elegerunt, ac tempus ad initiandum
hujus

MARTINUS III. DICTUS V.

365

hojusmodi Concilium, statuerunt diem peimum mensis Novembri proxime venturi,

§. 6. Deinde vero nos qui pro quibusdam arduis, & magnis negotiis cum eodem Rege iuxta nostrum, & ipsius desiderium personaliter convenientes, certificati ab eo de habilitate, capacitatem, & securitate Civitatis Constantie antedictae, quam securitatem ipse Rex praestitum, & in ipso Concilio personaliter affuturam pollicetur, volentes, & ab intinis cupientes, ut praefata celebratio Concilii salubriter impleatur, & optatum consequatur effectum, hujusmodi electionem loci, & temporis, ut praefetus, factam, auctoritate Apostolica tenore presentium de eorundem fratribus nostrorum confilio, & assensu ratificamus, approbamus, & confirmamus, ac ei Apostolici roboris adjicimus firmatatem, praeferumque Concilium in Civitate predicta Constantiensi die 1. mensis Novembri proxime venturi, initiandum, & auctore Domino exinde celebrandum, eadem auctoritate, & consensu harum serie statuimus, pronuntiamus, & decernimus.

§. 7. Venerabiles fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios electos Abbatibus, & ceteros Ecclesiastum, & Monasteriorum Praelatos reuidentes, hortantes, & monentes, ac in virtute praefiti juramenti, & sancte obedientiae eisdem mandantes, quatenus personaliter, necnon charissimos in Christo Reges, & nobiles viros, Duces, Principes, Marchiones, & alios qui hujusmodi Concilio interesse debent, & inibi professe possunt, quoquo modo per viscera charitatis D. N. Iissu CHRISTI, iuvantes, & exhortantes, quatenus personaliter, vel si personaliter non possint, per solemnes Orationes congruo tempore Concilio dicto debeant interest; ut sic congregata fidelium multitudine copiosa, ea qua in eodem Concilio agenda incumbunt, Deo auctore & adjutore salubriter ordinentur. Nulli ergo, &c.

Datum Laude V. Idus Decembri, Pontificatus nostri Anno quarto.

MARTINUS III. DICTUS V. PONT. CCX.
ANNO DOMINI MCCCLXVII.



Martinus III. dicitur V. Romanus, Otho, vel Odo. Columna ante dictus, Diaconus Cardinalis S. Gregorii in Velabro. Creatus a Concilio Constantiens, 3. Idus Novembr. 1417. Coronatus 10. kal. Decemb. eodem anno. Sedit annos 13. menses 3. dies 12. Crevit Cardinales 19. Obiit 12. Februario 1431. Vacavit sedes dies 18.

Dictionario errorum Ioannis V. vicleff de Anglia, Ioannis Husz de Bohemia, & Hieronymi de Praga, & aliorum, de Sacramentis Ecclesie, misericordientium, ex quoque complicito & fautorum. Ac forma hereticorum, suspectosque de heresi examinandi.

M A R T I N U S E P I S C O P U S Edita ab. Seruus servorum Del. Venerabilibus Fratribus, Archi- episcopis, Episcopis, & Inquisitoribus hereticae prava- tiae, ubilibet constitutis, ad quos licet prestatim perve- nerint, Salutem & Apostolicam benedictionem.

N T R E R ecuntas pastoralis cum sollia citudines, quibus presumerem incessanter, illa potissimum fortius nos angit, ut ha- reticis de finibus Christicolarum ex- pulsis, usque falsis doctrinis & erro- ribus perversis penitus, quantum habet ex alto conceditur, extirpat, orthodoxa & Catholica fides integra & illibera permaneat, ac populus Christianus in ejusdem fidei sinceritate, quilibet obscuratio- nis semoto velamine, immobilis & inviolatus persistat.

§. 1. Sanè dum plusquam omnibus retroactis tem- poribus, in nonnullis Regionibus & dominis, praesertim in regno Bohemiae & Marchionatu Moraviae, ac locis & districtibus illis vicinis, adversus fideli Catholicae dogmata insurrexerunt quondam heresiarchae circuclationes, schismatici & seditionis Luciferina superbia & ra- bie lupina eveclie demoniorum fraudibus illusi, de vanitate in id ipsum (licet forent de diversis mundi partibus oriundi) convenientes, & caudas colligatas habentes, damnatae videlicet mem. Ioannes Vicleff de Anglia, Joannes Husz de Bohemia, & Hieronymus de Praga, qui utinam alias secum ad infidelitatis interitum non traxissent. Nam ubi hujusmodi pestilentes persone per- versa dogmata pertinaciter seminabant, in luce doctrinae pestiferæ primordio prælati, & alii judicariae potestatis regimina exercentes, tanquam canes muti non valentes latrare, nec ulciscentes cum Apostolo in promptu om- nem inobedientiam, heresiarchas ipsos pestiferos & do- tolos, eorum lupinam rabiem truculentam statim ut ad- stricti fuerant, canonicè coercere, eosque de domo Do- mini corporaliter ejicere non curarunt, sed sacrilegium, falsam, & perniciosa ipsorum doctrinam, per longas moras negligenter convaletere permisérunt: populorum multitudo illorum opinione falsis decepta pro veris accepit, quæ dū mendaciter & perniciose, ac damnabiliter seminaverunt, eisque credendo à recta fide ceci- dit turba multa, & errore devio involvitur, proh dolor! paganorum, adeo quod per diversa illarum, eisdemque convicinatum partium clymata, oves Christi Catholi- cas heresiarchæ ipsi successivè infecerunt, & in stercore mendaciorum fecerunt putrefactare.

§. 2. Quapropter generalis Constantiensis Syno- dus tantam fidelium, & fidei orthodoxæ plagam, & ruinā videns, exclamare compulsa est cum Augustino: Quid fa- ciet Ecclesia medicina, salutē omnium materna charita- te conquirens, tanquam inter phreneticos, & lethargicos es tuans? Nunquid contemnere, nunquid desistere, vel debet, vel potest? Certè non, secundum eundem, imò verisique sit necesse est molesta, quæ neutrīs est iniuncta. Nā & molestus est medicus furenti phrenetico, & pater disciplinato filio, ille ligando, iste cædendo, sed ambo diligendo. Si autem negligant, & eos perire permittant, inquit Augustinus, ista manuētudo potius falsa crudeli- tas est. Proinde Synodus praefata ad omnipotentis Dei gloriam, ipsiusque Catholicae fidei, ac Christianæ Reli- gionis conservationem, augmentum, & animarum salu- tem, & præservationem, eodem Ioannem Vicleff, & Ioannem Husz, & Hieronymum, qui inter cetera de sacro Eucharistia sacramento, & aliis Sacramentis Ecclesie, & articulis fidei, aliter quam sancta Romana Ecclesia credit

1.

Exordium

In Regno Bo-
hemiae &
Marchionata
Moraviae
surrexerunt
Ioan. Vicleff &
Ioan. Husz & Hi-
eronymus de
Praga, sem-
nantes di-
versa dog-
matica contra
fidem

Ideas novas
Constanti-
nis illos de-
claravit Ha-
reticos, &c.